HIERONYMUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh. (und Salzburg, 1. und 2. Viertel 9. Jh.)
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



408 lit.

puer meus es elegite & non derelinquite; nolite timere: tecum enim sum ne erres; Ego sum
dei tuus qui confortauite & auxiliatus sum tui: & roborauite dextera iustitiae mea; Ecce con
fundentur & erubescent omnes aduersarii tui: Erunt enim quasi non sint; & peri
bunt omnes inimici tui: quaerisque eos & non inuenies: homines qui insanient inte
; Erunt enim quasi non sint: & nonerunt pugnantes aduersum te; Quia ego dns dei
tuus: qui teneo dextera mea tuam; qui dico tibi ne timeas iacob: parauli isrl; Ego auxil
iatus sum tui dicit dei: qui redimo te israel; Ecce fecite quasi tribulum plaustri triturantes
noua sicut serrarum modum: & triturabis montes & comminues colles: & in puluere ponen
s & uentilabis; & uentus auferet eos: & tempestas dispget illos; tu autem
laetabis in sci israel; & exultabunt iacob & israel esse carnalem & esse spiritalem.
Paulus apostolus docet; iudaei israel secundum carnem; ex quo intellegimus esse.
& alterum. iuxta spm: & ad carnalem dicit israel; si filii estis abrahae: opera
abrahae facite eis; quib; & supradicitur; quaerite dicit iacob: & loquaeris israel: absconde
ta. e. uia mea a dno: & a deo meo iudicium meum transiit; Et contra eo: nunc
ad spiritalem dei loquitur israel quid ni suscepit aduentum: quem primum seruum
dei electum: ad extremum. semen abrahae uocat; Ante enim accepimus spm serui
tutis in timore: & postea electi: in amicitiam dei iungimur; Post uocationem igitur
gentium quando uiderunt insulae & timuerunt: extremae terrae obstipuerunt:
adpinquauerunt & accesserunt: uocantur reliquae iuxta electionem gratiae:
de quib; scribit euangelium; Ipsos. xii. elegit ibi: quos & apostolos nominauit;
qui post seruitutem. pedagogae legis electi sunt in euangelio: & semen abrahae
amici dei esse meruerunt; In illo enim adprehendit eos ab extremo terrae: & longin
quis eius finib;: uocauit israel de uniuersis nationib;: congregans primum populum.
iudaeorum: de quib; & paulus apostolus dicit; Uobis oportebat primum praedicare
sermonem: quem autem abiecistis eum iudicastis indignos. imus ad gentes; Tu ergo qui es seruus meus &
electus meus qui praedicaturus in gentib; es: & persecutiones plurimas perpessurus
dico. ne timeas quia tecum sum: cui loquor in euangelio; Ecce ego uobiscum sum
omnis dies: usq; ad consumationem saeculi; Noli errare neque auertrate declines:
nec te falsa persuasione decipias; quoniam uirib; imperitus & nudus siluam gen
tium penetras & ferocissimas nationes ad mansuetudinem uocas;
Ego sum qui confortauite & auxiliatus tui sum; & suscepite siue praecit dexterae